



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Firmitas & gravitas orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Annulorū
origo.

significat in eo præsertim cui delicti pœna condonata est. Ajunt enim Prometheus, ob ignem diis surreptum, & cum mortalibus communicatum, ab Jove Caucasii montis rupi ferrea catena alligatum fuisse; & paulo post ab eodem ejus misero solutum, in hujus beneficii memoriam unum ex illius cœtæ annulis cum saxi portione ex rupe sumpta, digito alligasse, indeque post annulorum & lapillarum jungendorum morem emanasse: quo fit ut etiam solus ferreus annulus, quo diu Romani sunt, id possit significare.

DELICTI POENA, VEL ULTIO
DIVINA. CAP. XVIII.

Idem Prometheus rupi alligatus, pœnam delicti divinamq; ultionem imminere denotat, vel justum judicium esse, & calamitatem flagelli loco divinitus immisissam, quemadmodum ipse Prometheus divino judicio ob ignem cœlitibus furto ablatum, turi alligatus traditur.

MERCURIUS.
ORATIO, VEL ELOQUENTIA. CAP. XIX.

Horat. i.
Carmin.
Mercuri
Eo. qui se-
ros culeos
voce for-
massi.
Mercurii
varia hie-
roglyphica,
Odyssea ver-
sa 122.
Nam &
manis po-
tans.
Mercurius
ajusque stel-
la ad Apol-
linia nomen
refertur
Macrob.
Sat. l. i. c. 19.
De Mercuri-
vii sermonis
efficacia a-
liis Pier. l.
23 ibi effi-
cax sermo.
Hinc dicitur
Erasmi-
ves. valde
utilis O-
dyssa. d.

Mercurius orationis vim interpretandi; virtutem & eloquentiam significat, ut pote Deorum nuncius atq; interpres, unde Virgilius dixit:

Interpres divum cœlo demissus ab alto.

Fingitur autem protensus atque erectus, propter orationis vim, alas in capite & pedibus habens, ut significet volucrum per aëra ferri semonem: nam & Homerus *ἄλ' ἄν' ἰσθμῶν*, hoc est, *alata verba ap- pellavit.*

VELOCIOR SENSUS, VEL INTELE-
CTUS AGENS. CAP. XX.

Amnianus Marcellinus scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret exurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret, quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse motus mentium excitantem, quem vulgo Intellectum agentem vocant, ex Philosophorum arcanis acceperat. Ex quo colligimus in facris per Mercurium, intellectum agentem, & celeritatem sensuumq; motum significatum fuisse.

FIRMITAS ET GRAVITAS ORA-
TIONIS. CAP. XXI.

Cum autem orationem, gravem, firmam solidamq; esse debere indicare volebant, Mercurium in quadam basi sine pedibus pingebant, quod veri sermonis firmitatem ac robur indicabat: tum etiam, quia sermo sine manuum vel pedum adjumento suo fungitur officio.

MERCATOR, VEL MERCATURA
ET LUCRUM. CAP. XXII.

Per eandem quoq; Mercurii imaginem, quæ marsupium manu teneret, galli ad ejus b. sim ponentes, lucrum, mercaturam, mercatoremve significarunt: quod is mercium & lucri Deus haberetur; quia sermonis ope omnia mercimonia & contractus fiunt. Gallum vero idcirco illi apponere vigiliantiae symbolum, ut indicaret mercatores decere vigilantes esse, nec totas somno tribuere noctes.

FUR ET FALLAX. CAP. XXIII.

Fur quoque & furandi ars, atque fallacia, Mercurii Apollini Boves furantis imagine significatur, quod illum ejus artis & fallaciarum ac doli fraudisque inventorem Poetæ tradiderint, unde & illi